

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Matthias Apost. 24. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

oculis omnem, quæ in ipsis amat, spectandam elegantiam propinarunt. S. Dorothea etiam animo inter insultus dæmonis fluctuanti præsentem opem tulit. Sed ego modestiam miror animi in NICOLAO. Prior omnibus in monasterio cùm esset, ut postremus esset, frustra diu supplicarat; tandem orando undecies millies Dominicam, toties Angelicam precationem, cælum exoravit. Ergo tanti putavit honores vendere, quanti hodie emerent alii. *Ex ligno vita Arn. Wion.*

*Per Christum sensibus innovatus, abjecta seculi hujus figurâ formam tuam in formam tui redire Salvatoris; ut novitas sensuum tuorum in tuis actibus elucescat, & celestis homo cœlesti habitu jam gradiatur in terra.* S. Pet. Chrys. hom. 120.

S. MATTHIAS APOST. 24. Februarii.

**Q**uem locum scelere infando & morte infami vacuum Judas fecit, eum hodie MATTIA virtus occupavit, numerumque numero suo parentem felicissimè instauravit, cùm nobilissimo Candidato cœli etiam vota suffragarentur. Ergo postquam orbi bellum movere placuit, MATTIA provincia decreta est Judæa, ob infensissima populi in Christum odia, longè id temporis difficilima. Sed magnis animis hanc aggressus MATTIAS facile debellavit. In Æthiopiam quoque excurrit. Ibi pugnatum verbis ac prodigiis persepe, & expugnati multorum animi Christo, & MATTIA deditioñem fecerunt. Interea successu rerum felicissimarum rumpebantur Pontifices, uii populi, ita odii in Christianos principes. Neque tamen aliud, quam triumphum parabat invidia. Hunc concessit Pseudopont. cùm morte indixit.

*Magnum*

*et uno*

25. Febr.

Mag

Orna

iidem

lapid

symb

tumu

ger su

præfe

Ioach.

Pri

prius s

noris c

domini

sibi ex

15. 3

g

P

Er

princi

perato

pus C

gemm

easq

cabat

quos r

ex suâ

(sub fe

hac il

suam,

Imperi

certè a

straxe

stanti

dium i

Magnum deinde fecit populi concurrentis furor. Ornarunt præ reliquis testes duo mendaces iidemque carnifex, ut qui primi MATTHIAM lapidibus petierunt. Hos ille velut acclamantium symbola accepit, velutique triumphi sui decora tumulo secum inferri præcepit. Denique ut integer suus pompæ honor constaret, secures, quæ præferri alias solebant, ipse triumphator tulit. Ex Ioach. Periconio.

*Primum adeptus est gentium S. Matthias, quia prius sibi didicit principari. Sic namque ad veri honoris consenditur cathedram, ut antè quis sibi, deinde dominetur & ceteris. Nunquam aliis bene præerit, qui sibi extiterit nequam.* B. Laur. Just. ser. de S. Matth.

## S. TARASIUS EP. 25. Februario.

Per gradus honorum, ex quibus alii præcipites ire solent, ad astra TARASIUS evasit. Consul principiò, tum inter eos, qui ab arcanis literis Imperatoribus erant, Princeps; demum Archiepiscopus Constantinopolitanus insulam, quam alii gemmis ornant, ipse virtutibus ornavit. Has inter easque multas & pulcherrimas potissimum emicabat animi demissio, quâ TARASIVS pauperibus, quos multos & alebat & vestiebat, quotidie cibos ex suâ mensâ submittebat, ipse carptor & persæpe (sub festa Paschalia præcipue) ipse dapifer. Atque hâc ille virtute tantum abest, ut auctoritatem suam, quâ erat, imminutum iret, ut talis etiam Imperatoribus fuerit formidandus. Supplicem certè ad Aram, quem regiæ cohortes per vim abstraxerant, reddi sibi suus ipse Fecialis fecit. Constantino Imperatori, auctore amore vago, repudium meditanti facientique unus ferè sese oppo-  
suit,